

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna ae
cum fonte primo

Tanta uis in illa pace nos sociat,
ut quod in se quisque non acceperit,
hoc se accepisse in alio exultet.

Vna cunctis erit beatitudo leticie,
quamuis non una sit omnibus sublimitas uite.

Erit et in illa beatitudine culpe memoria,
non que mentem polluat, sed que nos leticie arcus astringit.

Gregorius in moralibus.

Sed in eisdem multis mansionibus erit
aliquo modo ipsa retributionum diuersitas concors,
quia tanta uis in illa pace nos sociat
ut quod in se quisque non acceperit,
hoc se accepisse in alio exultet.
Vnde et non aequae laborantes in uineam,
aeque cuncti denarium sortiuntur.
Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt
et tamen eundem denarium dispares laboratores accipiunt;
quia una cunctis erit beatitudo laetitiae
quamuis non una sit omnibus sublimitas uitae.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 4.36 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., pp.214-15, ll.6-14).

Erit ergo et in illa beatitudine culpa memoria,
non quae mentem polluat sed quae nos laetitiae altius astringat;
ut dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur,
et debitorem se medico uerius intellegat,
et eo magis acceptam salutem diligat quo de molestia meminit,
quid euasit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 4.36 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., p.216, ll.63-67).